



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

II. Non licere communionem ecclesiae contemnere, aut excommunicatis communicare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

alienum ab ecclesia esse iudicavit, tamquam eum qui non solum proprii peccati, sed & aliorum corruptæ mentis & conuersationis supplantator extiterit, reus. Et non solum huiusmodi deponit a sacerdotio & ministerio, sed & eos qui ausi fuerint his communicare post damnationem. Depositos autem etiam honore qui extrinsecus est priuari oportet, quem sanctus Canon & Dei sacerdotium promeruit.

ANNO  
CHRISTI  
341.

## II.

Ex apoft.  
Can. 10.

Omnes qui ingrediuntur in ecclesiam Dei, & sacras scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, auersantur etiam sanctam assumptionem dominici sacramenti, secundum aliquam propriam disciplinam, hos ab ecclesia eiici oportet, donec confitentes, fructum pœnitentiæ demonstrent, & deprecati fuerint, vt data venia suscipi mereantur. Non autem liceat communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare qui ecclesiæ non participant in oratione, nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si quis episcoporum vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in Canone detinentur, excommunicatis communicare deprehensus fuerit, & hunc oportet communionem priuari, tamquam ecclesiæ regulas confundentem.

## III.

7. qu. 1. Si  
quis presby-  
ter, vel dia-  
conus,

Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua ecclesia ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quo migravit,